

4890 p. 251). — 1) *Apparet idem vocabulum a filio Friattonis Germanice flecti, a Cominio Primione Latine (similiter supra N. 4799, item Brambach 612). Cf. Much Zeitschr. für deutsches Alterthum 35, 1891 p. 315 seq., 325 seq.* — 2) *Friattius est in l. Agrippinensi Westd. Korrespondenzbl. 12, 1895 p. 95, Freioverus civis Tunger supra N. 2575.*

4808 Matron[i]s | Vallabnei|hiabus | L. Acconius | Candidus | pro se et | suis ex i[mp.] | p. p. s. s.¹

4809 Matronis | [V]alabnei|abus Q. Pri|minius Ap[i]lus v. s. l. m.

4810 | Vallamei|hiabus | Iulia Geneti | f. Lella | ex imperio. *Coloniae Agrippinae haec rep. ante a. 1840, illae a. 1892 (Klinkenberg Korrespondenzbl. d. Westd. Zeitschr. 1892 p. 101; Brambach n. 535 cf. Klinkenberg l. c.). — 1) Non intellegitur ([i]ps. s. [l.] intellegit editor).*

4811 Matribus | Mopatibus | suis | M. Liberius | Victor | cives¹ | Nervius | neg. fru.² | v. s. l. m.

Nijmegen (Novionagi), ibi ubi N. 5198 (Brambach 71 qui vidit). — 1) Cf. N. 4655 not. 2. — 2) Negotiator frumentarius.

Nullae fuerunt Matres Quadruburgienses, quibus dedicatus ferebatur titulus Orell. 2090 male suppletus, cf. Brambach 166; Ihm ann. Rhen. 83, 1887 p. 155 n. 333.

4812 Matribus | Elitivis | Capella Tessi [f.]¹ | v. s. l. m.

St. Christol prope Carpentorate (Carpentras) Galliae Narbonensis rep. (XII 4174 vidit Allmer). — 1) Sic coniecit Hirschf., Capellatessi traditur.

4813 Matris Aug. | Eburnicis¹ | L. Iul. Sammo | et

Yvours prope Lugdunum (XIII 4763 delineavit Boissieu). — 1) Eburnum nomen fuisse pago Yvours probabile est (Boiss.).

4814 Matribus | Adcultus | Vassedonis f. | v. s. l. m.

4815 Matrabus | v. s. l. m. | Euneos Sex. | Afrani l.¹

4815^a Matrabus | Sex. Co[e]lius | Nigri lib. | Ingenus² (*vir stans manu s. fruges[?] tenens*).

Vasione vel prope Vasionem ut videtur (XII 4304. 4309. 4306 ad apographa facta saec. XVI vel XVII). — 1) Libertus fortasse fuit Sex. Afranii Burri (supra N. 4321). — 2) Libertus fuit Sex. Coelii Nigri, XII 5864.

4816 (*intra coronam*) Matris | Mithres soc. XL vil. | ad Tur.¹ | L. XIII p. a. VI.²

Allondaz prope Albertville in finibus Allobrogum (XII 2548 Hirschfeld vidit ectypum). — 1) Sociorum quadragesimae (cf. supra N. 4852 seq.) vilicus ad Tur. (nomen loci, de quo praeterea ex antiquitate nihil traditur, sed quem fuisse ibi ubi hodie est Tournon propter nominis similitudinem suspicatus est Allmer). Videtur hoc loco fuisse mansio dicta ad Publicanos viae Augusta Praetoria per Alpem Graiam Viennam ducentis (tab. Peut.; it. Ant. p. 345). — 2) Haec explanationis incertae (cf. Hirschf. et Momms. ad XII l. c.).

4817 Matris Aug. | in honorem | domus Saediorum | Eutyches lib. | aedem cum ara | dat.

Lugduni (XIII 4739 vidit Hirschfeld).